

pectore lateribus argenteo-pubescenti, metasterno extus fusco-nigro; tarsorum articulo unguiculari nigro. Long. 12 millim. ♂ ♀.

Nikko. Several examples of both sexes, exactly similar in colours and markings.

In *G. gibbicollis* the enlarged posterior part of the head is not tumid, but gradually narrowed, and the convexity of the thorax is compressed posteriorly; in *G. grallatrix* the posterior part of the head is distinctly quadrate and short, and the disk of the thorax forms an even convexity without compression. Both species are congeneric with *Acmeops ligata*, Lec., and other North-American species referred by American authors to the genus *Acmeops*.

✓ GRAMMOPTERA SIGNIFERA, n. sp.

♀. *G. gibbicollis* iterum affinis. Paullo gracilior, nigro-fusca, partibus oris, clypeo, coxis femoribusque basi, testaceo-flavis; tibiis 4 anterioribus antennisque basi fusco-rufis, elytris utrinque vittis duabus (altera marginali altera discoidali) paullo ante apicem terminatis fasciaque ante apicem, fulvo-testaceis; capite et thorace creberrime punctatis, illo post oculos usque ad collum rotundato-angustato, hoc disco valde convexo, convexitate postice perparum compresso ibique pilis flavo-sericeis convergentibus; elytris (♂ ♀) sublinearibus apice truncatis (angulo exteriori rotundato), supra crebre sed discrete punctatis; abdomine fulvo, nigro-maculato. Long. 8-10 millim.

*Var.* ♀. Fascia ante-apicali deest (thoracis marginibus anticis et posticis scutelloque fulvis).

*Var.* ? ♂. Multo minor, vitta discoidali cum fascia conjuncta, pedibus (tarsis exceptis) toto fulvis. Long. 6-7 millim. ♂.

*Var.* ♀ (*G. mutata*). Elytra fulva, vitta angusta suturali ante apicem terminata (ibique macula triangulari), maculis tribus utrinque marginalibus apiceque nigris, thoracis marginibus anticis et posticis, antennis et pedibus fulvis. Long. 10 millim.

*Var.* ♀. Eadem: sed vitta suturali multo latiori, femoribus 4 posticis apice, antennis (basi excepta) nigris.

Nikko; Oyama; Hitoyoshi.

✓ GRAMMOPTERA AMENTATA, n. sp.

*G. signiferae* affinissima; differt capite post oculos recte angustato, postice (ante collum) distinete sed obtuse angulato, elytris ♀ apice singulatim rotundatis, ♂ obtusissime truncatis. Magis convexa, fusco-nigra, partibus oris, antennarum articulis basa-

libus pedibusque rufo-testaceis, femoribus apice tarsisque plerumque nigris; elytris plaga utrinque elongata maculas ovales fusco-nigras duas includenti, apicem haud attingenti, fulva. Long. 6-8½ millim. ♂ ♀.

*Var. a.* ♂ ♀. Elytrorum plaga fulva lateraliter usque ad apicem continuata maculas tres includenti.

*Var. b.* ♂ ♀. Elytris fulvis, sutura angusta maculisque utrinque tribus nigris; pedibus et interdum antennis pallide fulvis.

Miyanoshita; Suyama; Oyama; Chiuzenji.

GRAMMOPTERA CHALYBEELLA, n. sp.

*G. ruficorni* simillima. Gracilis, chalybeo-nigra griseo-pubescentis, elytris subolivaceis nitidioribus et minus dense pubescens; antennis nigris, partibus oris, femoribus tibiisque anticis fulvo-rufis; thorace sicut in *G. ruficorni*. Long. 6-7 millim.

Nikko.

LEPTURA MISSELLA, n. sp.

Ad § *Anoplodera* pertinet, sed corpore multo breviori fere sicut in *L. livida*. Subtus nigra, argenteo-griseo pubescens, supra nigra subopaca, nigro-setosa, elytris nitidis testaceo-fulvis, basi excepta nigro-marginatis, palpis et femoribus rufis (tibiis anticis rufescentibus); capite ante oculos parum prolongato sat lato, post oculos brevi, collo valde constricto, crebre subalveolato-punctato; thorace angusto postice haud constricto, sicut capite punctato; elytris relative brevibus dorso planatis, apice rotundatis, discrete punctatis; antennis filiformibus sat robustis, ♂ corpore longioribus, ♀ multo brevioribus. Long. 5½-7 millim.

Kashiwagi; Wada-togé.

The species is found also on the Amur, but is not noticed in Kraatz's excellent memoir on the Longicornia of that region.

LEPTURA PYRRHA, n. sp.

*L. tesserulæ* proxime affinis, differt solum elytris rubris immaculatis. Brevis, nigra subopaca, subtus griseo-pubescentis, supra fulvo-hirta, elytris rufo-miniatis sat conspicue discrete punctatis subnitidis, apice oblique truncatis; thorace ænescenti-nigro, convexo, discrete punctato, juxta basin constricto et depresso; capite sicut in *L. tesserula*, postice brevi, angulato. Long. 11 millim.

Wada-togé; Nikko.